Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cursor extiti· mortis etiā p̄cursor tiam et uenturū inferno
te nuntiē· quē iam uenisse mundo enuntiaui; Unde et in
quisitus dn̄s enumeratis potentie sue miraculis· de mor
tis sue ꝓtinus humilitate respondit dicens; Ceci uident·
claudi ambulant· leprosi mundantur; Surdi audiunt·
mortui resurgunt pauperes euangelizantur· Et beatus
qui non fuerit scandalizatus in me· Nisis tot signis tantisq;
uirtutibus non scandalizari quisq; potuit sed admirari;
Sed infideliū mens graue in illo scandalū ꝑtulit· cū eum
et post miracula morientē uidit· Unde et paulus dicit;
Nos aut̄ predicamus xp̄m crucifixū· iudeis quidē scandalū
gentibus aut̄ stultitiā· Stultū quippe hominibus uisum
est ut ꝓhominibus auctor uite moritur· Et inde contra
eū homo scandalū sumpsit· unde ei amplius debitor fieri
debuit· Nam tanto ds̄ ab hominib⁹ dignus honorandus ēēt
quanto ꝓhominibus et indigna susceperit· Quid ē ergo dice
re beatus qui non fuerit scandalizatus in me· nisi aꝑta
uoce abiectionē mortis sue humilitatēq; signare· Ac si
aꝑte dicat· Mira quidē facio· sed abiecta ꝑpeti n̄ de dignor·
Quia ergo meriendo te subsequor· Cauendū ualde ē homi
nibus ne in me mortē despiciant· qui signa uenerantur· Sed
dimissis ioh̄ discipulis q̄d de eodē iohanne turbis dicat audia
mus· Quid existis in desertū uidere· harundinē uento agi
tatam· Quod uidelicet non adserendo s; negando intulit· Ha
rundinē quippe mox aura cū tetigerit in partem alterā
inflectit· Et quid ꝑ harundinē nisi animus carnalis expri
mitur· Qui mox fauore uel detractione tangitur in partē·